pulu. rad. ireos florentinæ ℈ j.
ſacchar. roſat. ℥ v.
f. trochiſci, qui in vmbra ſiccentur,
in aq. roſar. diſsoluti.

Denique ad fœtorem oris:

℞. *Pulu. galliæ moſch.* gr. v.
cum ſyrup. de conſeru. citri, vel aqua naphæ, id eſt, aqua ex florib. arantior. elicita, fiant orbiculi.

Vel pro magnatibus:

℞. *Moſchi* ℈ i.
Ambræ ℈ ij.
ſacchari roſati in aq. roſar. diſſoluti ʒ vi.
fiant trochiſci.

D. Ecclegmatis ſiue Lohoch.

CAP XXXIII.

MEdicamentum, quod Latinis Linctus ſiue Illinctus à lingẽdo dicitur, id Græci ἔκλειγμα a & ἐκλεικτὸν. ἀπὸ τοῦ λείχειν à lingendo. Nonnulli b ἀρτηριακὸν, alii ἔλειγμα nominant. Arabes Lohoch. Medicamentum eſt, conſiſtentiam mediam, eamque viſcidam habens, & humorem in thoracem delapſum expectorationi idoneum reddens. Etenim glutinoſa quædem recipit, ne præpropere madicamentum in ventriculum deglutiatur, ſed media quadam via ſubſiſtat, & ſic pulmonibus & thoraci aliquid communicetur. Quare lambendo colloque leniter obtorto, quo ſenſim ſe in fauces iuſinuet, aſſumitur. Quare hoc remedium ad faucium, aſperæ arteriæ, præcipue vero thoracis internos & pulmonum affectus inuentum.

a *Aegin. lib. 7. cap. 11.*
b *Gal. 7. compoſ. ſecũdum loca.*